Quelle: https://manuscripta.at/?ID=892
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

gallus silvester ut scribit in libro
de naturis rerum recipitur scuto
panni linei in quo eadem avis
depingitur et aurum recte super scu-
tum statuitur et sic in recte pellitur
pictura sua et similitudine ymagi-
nis proprie defraudatur sed misticum
ex hiis et magis utilem sensum ex
similitudinibus designemus Intimis- [Sensus misticus]
sis quod plurimis breviter videatur
ubi significatur gratia misticorum Primum
est deifice creacionis quo ad dei
sumus ymaginem creati Secundum [De triplici gratie signorum spiritualium]
dominice passionis quo sumus mise-
ricordie liberati Tercium apostolice
vel catholice devocionis quo fu-
imus decenter decorati De
primo habetur Gen. i. Faciamus ho-
minem ad ymaginem et similitudi-
nem meam sicut enim deus est unus in
essencia trinus in personis sic anima
que est pocior et dignior por-
cio hominis est una in essencia in tribus
viribus sive potenciis. Habet ir-
ascibilem que ardua appetit
et respondet patris potencie Habet
racionabilem que appetita discer-
nit et respondet filii sapiencie
Habet concupiscibilem que intentum affi-
cit et affectata diligit et re-
spondet spiritus sancti benivolencie
et sic illud psalmi. Dicere possumus
Signatum est super nos lumen vultus
tui domine et Ambrosius in exameron
Pictus es o homo et pictus a
domino deo tuo bonum habes arti-
ficem atque pictorem noli bonam
delere picturam non fuco sed veritate

fulgentem non cera expressam
sed gracia illa anima adeo pingitur
que habet in se virtutum graciam reni-
tentem splendoremque pietatis
illa anima bene picta est in qua
elucet divine operacionis effigi-
es illa anima bene picta est in qua
est splendor glorie et paterne yma-
go substancie Et quod Eccli. xvii.
dicit deus de terra creavit hominem
et secundum ymaginem suam fecit
illum et secundum se vestivit illum
virtute De secundo Exod. xii.
figuratur ubi precipitur quod super
utrumque postem et in superlimi-
naribus domorum de sanguine
agni ponerent [illegible] sa-
nguis in signum nobis plaga dis-
pergens ubi non solum misteri-
um sanguinis sed forma est cru-
cis figuratur Primo quod hic sang-
uis est de quo primo Machabe-
orum vi. de exercitu antiochi dicitur osten-
derunt elephantis sanguinem
uve et mori ad acuendos in
prelium Et bernhardus super cantica
dicit Vult benignus dux devoti
militis vultum et oculos in sua
sustolli vulnera ut illius ex hoc
animum erigat et exemplo sui
reddat ad tollerandum forciorem
In hoc prelio ubi christus sang-
uinem suum fudit indutus fuit
veste coccinea ut habetur Mathei
xxvii. signis vocalibus perso-
nantibus ex utraque parte pontifi-
ces et ministri clamabant Johannis
xv. Crucifige crucifige eum
et ut Luce xx. dicitur Invalesce-
bant voces eorum Ipse vero eciam